Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31241
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

in partibus tolosanis xpc exhibuit.
paralitici cuiusdam clerici curacio
fuit. Hunc in domo regularium cle
ricorum sancti saturnini. quorum unus ipse erat
ad peticionem abbatis et fratrum visitans.
homo dei moribundum invenit ho
minem. qui extremum trahere spiritum videretur.
Consolatus itaque miserum. et data be
nedictione egrediens sicut postea con
fessus est. loquebatur in corde suo
fidelis servus ad dominum. tam fidu
cialiter quam fideliter dicens. Quid ex
spectas domine deus. Generacio hec sig
num querit. Alioquin minus apud eos
nostris proficimus verbis. nisi abste fue
rint confirmata sequentibus signis
Eadem hora exiliit paraliticus de
grabato. et accurrens secutus et con
secutus est eum. et sacra vestigia de
vocione qua debuit eum amplexatus.
Cui subito procedenti. obvians unus
ex canonicis expavit et ex
clamavit. siquidem fantas
ma putavit. Quando enim
eum delecto crederet surgere potuis
se. Egressam magis accepe
eius animam. fantastice sibi apparuisse ar

bitrans aufugit. sed ipsa demum
tam ipsi quam ceteris rei veritas
fidem fecit. Egreditur exinde ser
mo inter fratres. et curritur ad
spectaculum tam iocundum. ipse etiam
inter primos accurrit epc et lega
tus. Inde pergitur ad ecclesiam. eo ipso
qui convaluerat preeunte. et concla
matur in laude dei. eodem pariter
concinente. Quid undique populus. et
benedicitur xpc. triumphat fides. in
fidelis quisque confunditur. exultat
pietas et impietas contabescit. Por
ro vir dei cellam ubi manebat
ingressus. diligenter omnes obser
vari ad itus. obserari ianuas iu
bet. ne quis pateat accessus po
pulo concurrenti. Sane is quidem
bernardus qui sanus factus est. hoc enim
clerico nomen erat. corporali beneficio
non ingratus. magisque sollicitus pro reme
dio spirituali. secutus est servum xpi.
monasticum in clara valle ordinem
profitens. et habitum sumens. a quo
etiam missus ad partes iterum tolo
sanas. et abbas illic constitutus est.
hodieque monasterio preest quod vallis